



# ERMOLDI NIGELLI


EXULIS

## IN HONOREM HLUDOVVICI

CHRISTIANISSIMI CÆSARIS AUGUSTI

ELEGIACI CARMINIS

LIBER INCIPIT PRIMUS.



Cæsar armigeri conor describere gesta,  
Quæ recitat meritò Mundus amore pio.  
Fortè foret fatius cœptis insistere rebus,  
Plangere delicti gesta nefanda mei.  
Cùm sim rusticulus, norim nec claustra Camœnæ,  
Nec pollim comtos promere in arte modos.

Ugustus opibus  
celebres præ-  
cellis & armis  
Sed *Hludovi-  
ce* Dei Cæsar  
amore magis,  
Principis opto  
loqui præco-  
nia promptu-  
lus almi:  
Conferat omni-  
potēs, qui va-  
let, arma mihi.

A Sed me cunctantem refovet clementia Regis,  
Qui potius votum, munera quàm recipit.  
Cogit & exilium, fateor, nos talia nostrum;  
Muneribusque carens porrigo quæ mihi sunt.  
Non ego gestorum per singula quæq; recurram:  
Nec fas, nec potis est, nec valet ingenium.  
Si Maro, Naso, Cato, Flaccus, Lucanus,  
Homerus,  
Tullius, & Macer (8), Cicero, sive Plato;  
Sedulius, nec non Prudentius, atque Juvenus,  
Seu Fortunatus, Prosper & ipse foret:  
Omnia famosis vix possent condere chartis,  
Atque suum celebre hinc duplicare melos.  
At ego hinc sudi rimoso navita remo  
Immensi pelagi hoc (9) æquor adire volo.  
B Dextera, quæ Petrum fluctu superante fidelem,  
Ne pereat, relevat, addidit atque rati,  
Hæc me præcipitem fervet miserando per undas,  
Conferat ad portum, Cæsar opime, tuum.  
Jam

(8) Innuit *Aemilium Macrum* antiquum Poetam,  
cujus Carmina, nunc deperdita, fortasse Ni-  
gelli ævo adhuc vivebant. Sed vide licentiam,  
seu potius infantiam Poetae scribentis *Tullius*,  
*Tom. II. Par. II.*

& *Macer*, Cicero: quasi alter a Cicerone Tul-  
lius foret. Poeticum florem certe hoc non  
dixeris.

(9) Recenti manu additum MSto.